monium dicens impetiit, ipſummet non pauciores quàm centum dixiſſe falſitates veriſſimè demonſtrabo. Faciamque vel cæcos videre, quod illi jam nunc oſtenſi ignes ſint fatui, bonusq; Hermannus juſto DEI judicio non me meoſq; tam Ordinis quàm Fidei Fratres, ſed ſemetpſum duntaxat adinſtar miſeri illius Amani miſerrimè commaculârit, verâ tamen pœnitentiâ, ſi eam mox egerit, rurſum emaculandus.

Cæterùm rem ipſam aggrediens & tantùm potiora Diſcuſſionis Conringianæ myſteria breviter perſtringens, innumera quodammodò, quæ acerrimas mererentur plagas, intacta relinquam, quò ſcilicet tam bonis horis & chartis, quàm miſero parcam Hermanno. Sed ad rem.

Ob